

Hinc & doctrinæ ipsorum philosophicæ sunt examinandæ, videndumque an Stoicis, an Platonicis, an Aristotelicis adhæserint : JCtos enim sectis philosophorum deditos fuisse dudum observavit DIONYSIUS GOTHOFREDUS. <sup>f</sup> Quid ex neglecta hac ipsa observatione peccatum sit meum non est judicare : sufficit id jam esse notatum à consummatissimo Jcto Illustri SCHILTERO & dum dicit: *Certe uti necessarium videtur in explicandis veterum prudentium scriptis, cuius quisque sectæ disciplina fuerit imbutus attendere ; ita haud conveniens sit, velle alicujus dictis alienæ sectæ notiones applicare, non minus ac conari stoicè dicta è peripati principiis estimare.* Quicquid hujus sit fieri tamen hoc necesse est apud eos, qui stoicæ philosophiæ ignari vel ad priores Juris Romani titulos commentari progrediuntur. Obviam his ire voluit Illustris SCHILTERUS <sup>u</sup> ubi de veterum JCtorum philosophia erudita habet, ad scopum nostrum egregie facientia, quæ non poterunt esse ingratis, quæ ultra legulejos sapere & cum summo Jcto Cicero, non à prætoris edicto, neque a XII tabulis, quamquam & hoc, sed penitus ex intima philosophia haurire juris disciplinam animus est.

## §. XXI.

Uno altero ve rem declarabimus exemplo, quorum *Speciatim* plura legi possunt apud SCHILTERUM l. c. cap. i. Lu. in interculentum inter alia est exemplum l. 9 π ad l. falcid. ubi as-pretatione scribitur partum nondum editum non esse hominem. Opti- legum, me hic notat GOTHOFREDUS x JCtos sequi stoicorum sententiam: *εμερητα non esse animalia.* Ut enim id assertum Stoicorum est, pluribusque legi potest apud LIPSI-

D UM; z

<sup>r</sup> Vid. m. Buddeus Philos. Instrum part. II. c. IV. §. 33.

<sup>s</sup> Ad l. 2. π. de LL.

<sup>t</sup> In manud. philosoph. moral. ad veram Jurispr. c. IIX.  
§. XXII. p. 314.

<sup>u</sup> Lib. cit. c. I. §. II. sq.

<sup>x</sup> Ad b. l.

<sup>y</sup> Physiol. stoic. L. III. diff. VII.